



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 7. Ejusdem Pontificis Constitutiones contra Hæreticorum libros,  
Religiosos, aliosque.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI. & pœnas a suis Prædecessoribus contra  
A.C. 1559 hæreticos latas, necnon cuncta Cano-  
num, ac Conciliorum decreta innova-  
bat, declarans, quod omnes Prelati,  
Principes, etiam Reges, & Imperatores,  
qui in hæresin incidiſſe convicti fuerint, vel  
in hæresin incident, sint eo ipso absque alio  
juris, aut facti ministerio suis beneficiis,  
Principatibus, Regnis, & Imperio penitus,  
ac perpetuo privati, ita ut nullo unquam  
tempore ad eorum pristinum statum restitu-  
possint, nisi apparentibus veræ pœnitentia  
indiciis, efficianturque eorum bona juris, &  
proprietatis eorum Christianorum, qui illa  
primo occupaverint, ac denique etiam S.R.E.  
Cardinales in hac constitutione comprehen-  
dantur, & iisdem pœnis subjaceant.

### §. VII.

*Eiusdem Pontificis Constitutiones con-  
tra Hæreticorum libros, Reli-  
giosos, aliosque.*

*Paulus IV.* **C**um hæresis sepe pariter per Hispaniam  
*lib. Brev.* diffundere inciperet, idem sum-  
*sign. n. 2895.* mus Pontifex eodem Mense aliud edi-  
*p. 474.* dit diploma, in quo indultam quibus-  
*Spond. n. 3.* Onuphr. l. c. vis Theologis, etiam Episcopis, vel  
Cardinalibus, libros hæreticorum le-  
gendi potestatem revocavit, librosque  
hujusmodi a quoquam retineri, aut affe-  
vari vetuit. Aliam insuper promulga-  
vit Constitutionem, in qua Talmudi  
libros

libros legi prohibuit, cum in illis nomen **Sæcul. XVI.**  
Jesu cum Blasphemia & ignominia no- **A.C. 1559.**  
minaretur. Pariter idem Pontifex Epi-  
scopos, ut ad suas Ecclesias regendas  
proficiſcerentur, compulit, licet ea res  
tum plerisque durior videretur: præ-  
terea formulam Confessionis fidei, quam  
Episcopi recens creati profiterentur,  
prorsus eximiam edidit, quæ hodie dum  
est in usu. Insuper eos, qui Monasti-  
cam, seu Religiosam vitam semel pro-  
fessi erant, in cœnobia, unde quacun-  
que de causa exierant, nulla excusa-  
tione admissa, regredi præcepit: ita, ut  
illi, qui parere recusarent, excommuni-  
cationis vinculo adstringerentur, &  
Sacerdotia, quæ obtinerent, Sedi Apo-  
stolicæ cederent: obtemperare vero de-  
trectantes, ut ab aliis internoscerentur,  
pileo, aut galero nigro, duas lineas  
albas ex tela confectas imponerent. In  
eo edicto exequendo severe adeo, at-  
que acerbe egerat, ut complures in Pon-  
tificiis ditionibus satellitum manu in  
vincula truderentur, alii vero ad tri-  
remes deducerentur. Porro illi, qui  
huic edicto morem gerere renuebant,  
tutissimum perfugium sibi Venetiis se-  
legerunt, ad quam civitatem plusquam  
triginta illorum millia confugisse dicun-  
tur. Denique Pontifex, cum audiisset  
quod nonnulli Episcopi, & Archi-  
episco-

Sæc. XVI.  
A. C. 1559.

episcopi ex diversis Ordinibus assumpti dignitates, & officia suorum Ordinum aucuparentur, ut sub hoc prætextu sese a residendi onere eximerent, hinc sanxit, ut omnes, quicunque munus consecrationis semel adepti fuissent, & postea dimissis Ecclesiis ad ordines suos redire permetterentur, nequaquam ad ulla eorum officia, & dignitates admitterentur, sed Ordinis sui regulam sicut ceteri Religiosi servarent.

Edidit insuper aliud diploma ad Hispanensem Archiepiscopum die quarta Januarii datum, in quo præcepit, ut omnes hæretici, etiam si relapsi non essent, capitali tamen supplicio afficerentur. Pariter die decima octava Februarii datis literis Granatensis Regni Inquisitores vehementer urgebat, ut severis pœnis animadverterent in Sacerdotes improbos, qui nonnullas mulieres, quæ veniam in sacro tribunal petituræ accedebant, ad impura flagitia sollicitarunt.

§. VIII.  
*Episcopatus in variis locis stabiliti.*

*Thuan. l. 22.* Idem Pontifex etiam Romani populi *Spond. n. 4.* penuriam magno pietatis exemplo levavit, tritici robro, quod mensuræ genus est, octo aureis empto, & egenæ plebi quinis divendito, qua liberalitate quin-